UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini, ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Exeqviae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

Visual Library

gere tam ab exemptis, quàm à non exemptis, non obſtantibus priuilegijs quibuſcunque, etiam ſi talia eſſent, de quibus ſpecialis mentio fieri deberet de verbo ad verbum, quæ voluit in iſtis literis pro incertis haberi, & expreſſis, conſtat per has literas priuilegium reuocari: quia ſatis apparet de intentione Papæ volentis reuocare. Aliter dicendo, Papæ poteſtas minuetur: quia cum omnium memoriam habere non poſſit, omnia reuocare nõ poſſet, quod eſt dicere abſurdum, ſecundum Fed. in conſi.46. licèt alias contrarium tenuiſſet, vt dicit Pa. in c. cùm inſtantia. de ſenſib. Valet etiam hoc pro vltima voluntate cognoſcenda teſtatoris, vt not. Car. in cle. 1. de ſepult. vt ſi teſtator dicit, non obſtante quocunque alio teſtamento, etiam ſi in eo ſint verba derogatoria, talis expreſſio dicitur ſpecialis, & ſufficit ad reuocandum ſecundum Cardi. vbi ſuprà.

EXEQVIÆ.

1 EXEQVIAE mortuorum pompaticæ, potiùs ſunt ſolatiũ viuorum, quàm ſubleuatio mortuorũ: ſecundum Th. 4. ſen. d. 45. q. 3. & in ca. animæ. 13. q. 2.

2 An ſtatuentes circa exequias mortuorum, vt quòd non deferentur niſi tot cruces, dentur tot candelæ, & tanti ponderis, vocentur tantùm tot clerici, & huiuſmodi, incurrant excommunicationem latam contra ſtatuentes contra libertatem eccleſiaſticam? propter capit. fin. de re. eccle. nõ alien. Reſpõdeo, quod variæ ſunt doctor. ſent. Cai. in ver. excommunicatio, contra offendentes eccleſiaſticam libertatem. dicit, quòd aliqua ſunt, quæ ex ſua natura ſunt contra eccleſiaſticam libertatem, ſiue quis intendat ire contra libertatẽ huiuſmodi, ſiue non, vt ſtatuere, quòd non ſoluantur decimæ clericis, vel eleémoſynæ, vel ſtatuere quòd ſoluant gabellas, & huiuſmodi, & ſic ſtatuere eſt prohibitum. Aliqua ex ſe non ſunt contra libertatem huiuſmodi, ſed accidens, & ſtatuere de huiuſmodi, non eſt prohibitum. Et quia ſumptuoſa ſepulchra multitudo luminarium, crucium, varietas religionum, & huiuſmodi, per ſe ad pompã temporalem pertinent, quamuis per accidens, vel ex intentione videantur eſſe contra libertatem eccleſiæ, ideò moderari hæc ad publicam poteſtatẽ pertinet, nec ſunt tales ſtatuentes excommunicati. quanuis iſta moderatio clericis ſit nociua, ſubtractiua eleémoſynarum, & diminutiua cultus diuini. Panorm. verò in dicto capitul. fi. dicit, quòd circa concernentia cultum diuinum, & refrigerium animæ defuncti, non valent ſtatuta laicorum: quia illa propriè annexa ſunt iuri ſpirituali, & ita generaliter intelligitur tex. dict. c. fin. & ſpecificando valent de pannis nigris paſſim non vtendis: quia de mortuis non eſt multum dolendũ, &c. Anto. quoque diſertus Siculus in ſuo repertorio ſic dicit, Statutum non poſſunt facere laici ſuper mortuarijs: quia illa annexa ſunt iuri ſpirituali. Nam de annexis idem eſt iudicium. capi. quãto. de iudic. Neque circa contingentia cultum diuinum, vel refrigerium animæ defuncti ſtatutum valet laicorum. Facit capitu. quàm proſperum. 13. quol. ſecunda. Circa concernentia pompas, & cætera. valet. Ioã. de Imol. in dicto capitul. final. idem ſentit, & Dominus Petr. de monte ibi dicens, quòd non valeat ſtatutum ciuitatis diſponens, quòd circa funus non debeant portari niſi tot luminaria, ſeu dupleria, vel debeant indui de nigro niſi tot, vel non debeant inuitari niſi tot clerici. hæc ille. Hoc videtur tenere Pet. de Palu. & Thom. 4. ſentent. diſtinct. 18. quæſtio. 3. argu. 1. vbi dicit, videtur eſſe contra eccleſiaſticam libertatem, quòd ruſtici ſtatuerunt, quòd nullus offerat niſi in magnis feſtis, aut niſi tantum aut quòd ſuper mortuum non ſit niſi talis pannus, vel tot cærei, & huiuſmodi: quia liberæ eccleſiæ eſt habere libras oblationes. Hæc ille. In repertorio dict. Pet. de Monte, Epiſcopi Brixi. in verbo, ſtatutum, ſic refert, An valeat

ſtatu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtatutum laicorũ, quòd pro exequijs
mortuorum non expendatur niſi
tantum, dico quòd non, per dict. ca-
pitul. fina. & per hunc text. magiſter
Ioann. de Tabul. fecit Brixiæ reuo-
cari quoddam ſtatutum ſimile. Idem
tenet Felin. in capitul eccleſia ſanctæ
Mariæ. de conſtitu. & Ludoui. Rom.
Concludo ergo ex dictis. Primò, ſta
tuta laicorum circa illa quæ imme-
diatè, & ſolùm dantur pro eleémoſi-
na, vel in refrigerium animæ defun-
cti, vt quòd nõ detur clericis niſi tan-
ta pecunia, vel niſi in magnis feſtis
offeratur, vel niſi tantum, eſt contra
eccleſiaſticam libertatem expreſſè.
Secundò, ſtatutum circa ea, quæ tan-
tùm ad pompam, vel ad ſolatium vi-
uorum ſunt, vt quòd filij tantùm de
nigro veſtiantur, quòd non porten-
tur inſignia, & huiuſmodi, ex quibus
neque eccleſia, neque pauperes ali-
quid emolumenti recipiunt, valent,
nec eſt contra eccleſiaſticam liberta-
tem ſecundùm Panormitanum, &
alios ſuprà. Tertiò ſtatutum circa
ea, quæ concernunt vtrumque, ſcili-
cet pompam, & refrigerium animæ
defuncti, vt quòd non portentur niſi
tot cruces, vocẽtur tot clerici, induan
tur tot pauperes, & huiuſmodi. Nam
in his eſt mundalis pompa, & refri-
geriũ animæ: quia fiunt plures eleémo
ſinæ ex his, quæ remanent apud cleri-
cos, fiunt plures orationes, ex quibus
omnibus anima defuncti iuuatur, nõ
videtur valere, tũ quia eſt de annexis
iuri ſpirituali, tũ quia indirectè ſaltẽ
fit contra libertatem eccleſiaſticam,
ſecundum Fel. in d. c. nouerit, & cõ-
ſequenter incurritur excommunica-
tio per d. c. fin. de immun. eccle. in 6.
tum quia plures Docto. tenent hoc,
& ſic ad hanc partem tanquam verio
rem, & ſecuriorem declino. Caueant
igitur taliter ſtatuentes.

EXHÆREDATIO.

[1] EXHAEREDATIO importat ex-
cluſionem ab hæreditate. inſti. de
exhær. lib. per totum. Et nunc non ha
bet locũ, niſi pater habeat iuſtam cau
ſam, quã debet in teſtamẽto ſcribere,
C. de inof. teſtamẽt. authenti. ſed ho-
die. Cauſæ pro quibus quis poteſt ex-
hæredari, communiter 13. ponuntur.
authẽt. vt cùm de appel. cog. §. cauſas.
Prima, ſi filius manus in parentes in-
tulit. in c. Quintauallis, in gloſſ. de iu-
reiurand. Secunda, pro graui iniuria
contra eoſdem facta. Tertia, ſi eos cri-
minaliter accuſauit, dummodò cauſa
non ſit contra principẽ, vel rempub.
Quarta, ſi cum maleficis conuerſa-
tionem habet. Quinta, ſi maleficus ef-
ficitur. Sexta, ſi parentum vitæ inſi-
diatur. Septima, ſi cum concubina pa-
tris, vel eius nouerca carnaliter ſe im-
miſcuit, octaua, ſi pro perſona pa-
tris vel debito eius incarcerati, prout
poteſt, fidem iubere noluit, & hoc
ſolùm de maſculis intelligitur. No-
na, ſi prohibuit eos teſtari. Decima, ſi
contra parentum voluntatem inter
harenarios, & mimos perſeuerauc-
rit, cùm pater illius profeſſionis non
fuerit. Vndecima, ſi filia luxurioſam
vitam duxerit, parentibus volentibus
eam nuptui dare & dotare pro poſ-
ſe, nec neglexerint hoc facere vſque
ad annum vigeſimum quintum.
Duodecima, ſi parentibus furioſis
debitam non exhibuerint curam,
quod etiam intelligitur de quolibet
ſuccedente ab inteſtato, & hærede
inſtituto. Tertiadecima, ſi parentes
è carceribus liberare potens neglexe-
rit. Item poteſt addi, ſi vltimam vo-
luntatem noluerit executioni dare
vt in authentica amplius. C. de fidei-
commiſſis. Item ſi filius eſt hæreti-
cus, cùm pater catholicus, in di-
cto. §. cauſas. & ſecundum Felinum
in capitulo Rodulphus. de reſcriptis,
columna tertia, in principio. Si ta-
men pater exhæredauit filium ex iu-
ſta cauſa, & poſtmodùm reconcilia-
uit ſe cũ illo, videtur talis exhæreda-
tio adempta, ſecundum Bartolum
in l. ſi quis ita. ff. de adimendis lega.
[2] FILIAE correctę denegata alimẽ-
ta remittuntur, & profitens aliquam
religionem reſtituitur, ſecundum
Felinum. in capitul. paſtoralis. de re-
ſcriptis. circa principium dicit, quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN